



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

33. De virtutibus Seueri sacerdotis, cuius precibus & lachrymis defunctus quidam ad inferos à dæmonibus deductus, vitæ restitutus est, & pœnitentiæ tempus & gratiam adeptus, tandem feliciter ad ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

nequeo. Testimonij quidem coronam contem-
 quutus sum, sed Dei faciem necdum contempsit.
 Quid si me ipse profectus non exsoluerit, alius
 exsoluere non poterit? Quum igitur his
 temperatum esset, Sandapila templo exire
 re desijt. Atq; hanc ob causam Deo cunctis
 riam tribuebant, qui seruis suis eiusmodi
 testatam concessisset. Ioannes quidem
 ille aureus hac de re verbis huiusmodi dicitur.
 Nos secundum legem atque præscriptum
 ecclesiasticum vincula quibusdam iniicimus.
 si quis flocci pendit, is sciat mortis atq; iudicij
 tempus appetiturum, quod ipsum docet
 Dei sermonem, & eius Ecclesie leges multas
 falsas ac mendaciter excogitas esse.

*Gregorius Magnus lib. 1. Dialog. cap. 12. De vir-
 tibus Seueri sacerdotis, cuius precibus & lacrimis
 defunctus quidam ad inferos à demonibus liberatus,
 vitæ restitutus est, & penitentia tempore
 gratiam adeptus, tandem feliciter ad Deum
 migrat.*

CAP. XXXIII.

IN valle Interorina, erat quidam vir vite valde
 admirabilis, nomine Seuerus, Ecclesie beatorum
 Mariæ Dei genetricis & semper virginis sacro-
 dos. Hunc cum quidam paterfamilias ad
 remum venisset diem, missis concito nunciis
 rogauit, vt ad se quanto ius posset veniret, suis
 que orationibus pro peccatis eius intercede-
 ret, vt acta de malis suis poenitentia solutus
 culpa

culpa ex corpore exiret. Qui videlicet sacerdos
inopinatè contigit, ut ad putandam vineam
esset occupatus, atque ad se venientibus dice-
ret: Antecedite, ecce ego vos subsequor. Cùm-
que videret sibi in eodem opere parum super-
esse, paululum moram fecit, ut opus, quod mi-
nimum restabat, expleret; quo expleto, coepit
ad agrum pergere. Eunti verò in itinere, oc-
currentes hi qui prius venerant, obuiam facti
sunt, dicentes: Pater, quare tardasti? Noli fari-
gari, quia iam defunctus est. Quo audito, ille
contremuit, magnisque vocibus se interfecto-
rem illius clamore coepit. Flens itaque ve-
nuit ad corpus defuncti, seque coram lecto
illius cum lachrymis in terram dedit. Cum-
que iam vehementer fletet, in terram caput
tunderet, seque reum mortis illius clamaret:
repente is, qui defunctus erat, animam rece-
pit. Quod dum multi, qui circumstabant ad-
spicerent, admirationis vocibus emissis coepe-
runt amplius flere præ gaudio. Cumque eum
requirerent ubi fuerit, vel quomodo redisset,
ait: Tetri valde erant homines, qui me duce-
bant, ex quorum ore & naribus ignis exibat,
quem tolerare non poteram. Cumque per ob-
scura loca me deducerent, subito pulchræ vi-
sionis iuuentis, cum aliis nobis euntibus obuiam
factus est, qui me trahentibus dixit: Reducite
illum, quia Scuerus presbyter plangit: eius e-
nim lachrymis Dominus eum donauit. Qui
scilicet

scilicet Seuerus protinus de terra sumitur, quæ pœnitentiam agenti, opem suæ intercessionis præbuit. Et dum per dies septem de peccatis culpis pœnitentiam æget rediret, octaua die laetus de corpore exiit.

Eusebius lib. 11. hist. Ecclesiast. cap. 15. & 16. Iuliana imperatrix Ariana Ecclesiarum statum perturbauit, & exsilia sacerdotibus interminans, Ambrosioque presbitero, ieiunijs & vigilijs ita reuadit, ut quæ sacerdotibus exsilia preparauerat, prima cum se fortiretur.

CAP. XXXIV.

Iuliana Valentiniani Imperat. mater, Arianæ hæresios alumna, impietatis suæ uentura, quæ uiuente viro suppresserat, filio factè decepto fidetèr aperuit. Igitur apud Mediolanum posita, conturbare Ecclesiarum statum, comminari sacerdotibus depulsionis edictis, nisi Ariminensis concilij decreta, quibus ueteres patrum temerata fuerat, reuocarent. Quod bello Ecclesiæ murum & turrim validissimam pulsabat Ambrosiam, eumque minis, terroribus atque omni oppugnationis genere fatigans, primum sibi aditum debellandæ conturbatur Ecclesiæ. Sed quamuis illa Iezabel spiritibus pugnaret armata, resistebat tamē Ambrosio, Helix virtute repletus & gratia. Ipsa autem in Ecclesijs garute, strepere, animare, & inuicem mare ad discordiam populos, sed quod minus res ex sententia cederet, iniuriā putare, & pro